



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 111. Duo Pontificis Bepotes in Cardinales assumpti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Secul. XV.  
A.C. 1471.

§. CXI.

Duo Pontificis Nepotes in Car-  
dinales assumpti.

Duo illi Cardinales, de quibus Papien-  
sis loquitur, erant Julianus de Ru-  
verre ex fratre Pontificis Nepos, viginti  
septem annorum juvenis, qui postea in  
Papam electus nomen Julii II. assumpsit.  
Addit. Vi-  
ctor. ad Ciac.  
Papiens. ep.  
528. 529.  
Alter fuit Petrus Riarius Ordinis S. Fran-  
cisci Alumnus ex Sorore Sixti Papæ iti-  
dem Nepos. Hic tanta auctoritate va-  
lebat apud Avunculum, ut non modo  
plurium beneficiorum redditibus augere-  
tur, verum etiam amplissima totius Ita-  
liæ legatione honoratus esset. De eo  
Onuphrius hæc verba scripsit: *Ita splen-  
didus erat, ut pecuniae perdendæ natus fuisse  
videretur; nam eo biennio, quo tantum post-*  
Onuphr. in  
Sixt. IV.  
ea

crederet, sed propterea, quia cum Papam legibus  
ligari posse negaret, has tamen leges condi volu-  
erit. Percipiamus ipsa Papiensis Cardinalis ver-  
ba: Sum memor, cum hisce de legibus in con-  
clavi ageretur, dissuasisse me multum ne fierent;  
videbam enim illas olim Pontificibus ingratas  
fuisse. Nemo vehementius illas suasit. Nemo  
mihi durius obstitit eo ipso, qui nunc, audienti-  
bus nobis, ligari posse Pontificem negat. Si li-  
gari non potest, cur ut ligaretur, pugnabat? Si  
ligari potest, cur tantopere est sibi adversus?

B b 4

**S**ecul. XV. ea supervixit, ducenta aureorum millia in  
A.C. 1471. viatu absumpisse, sexaginta vero aeris alieni  
 reliquissse traditur. Obiit voluptatibus con-  
 fectus annorum viginti octo Juvenis. De-  
 nique de profusa ejusdem liberalitate, lu-  
 dis publicis, quibus populum recreabat,  
 necnon de conviviis, aliisque ejusmodi  
 prodigalitatibus forte pejoribus exstat epi-  
 stola Cardinalis Papiensis. Præterea au-  
 tor orationis funebris, quæ in ejus exe-  
 quiis dicta in Continuatore Ciaconii repe-  
 ritur, de eo haec habet: *Quingentos ferme  
 alebat domesticos, hos illustri, illos nobili,  
 omnes honesto loco natos, Antislites, Docto-  
 res, Oratores, Poetas, aut alicujus alterius  
 honestæ artis studiosos, dicere solitus: se  
 omnium honestorum Virorum hospitem esse.*  
 Unde cum Onuphrio haud temere inferro  
 possumus, Sixtum magna in suos indul-  
 gentia usum, non pauca eisdem nimia fa-  
 cilitate concessisse, & fratrum sororumque  
 filios, quos multos habebat, ad magnos ho-  
 nores, divitiasque provexisse.

§. CXII.  
*Canonici Regulares in Lateranum  
 restituti.*

**S**ixtus IV. initio Pontificatus sui in Ec-  
 clesiam ad S. Joannem in Laterano  
**C**anonicos sacerdotes reduxit, ejectis inde  
 Regularibus, quos Romani statim post  
 Pauli II. Pontificis obitum intruserant.  
 Cum